



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

A N N O M D L X V I I I .

ob. 1568.

903 Apparuisse sibi dixit B. Stanislaus Kostkam aliquando vnā cum Beatissimā Dei Matre, Armenus Schismaticus qui contra Catholicam fidem quidpiam tricarum machinabatur; & Deiparam orasse, ut Armenum illum iuberet tem Catholicam non turbare. Monitum se à Deipara fas-sus est Armenus eorum quæ viderat lūculentus testis; & ostendit Deiparam promptam esse Stanislai rogatu id agere quod ad fidei Catholicæ bonum, quod ad Dei gloriam postulamus.

904 Ethnicus vir nobilis, à nostro quodam ipso S. Iacobi die visitatus, cùm ab eo fidem Christianam sibi suaderi audiret, admisit consilium, vtque pareret, se cælo autore permotum dixit. Nam nocte proximâ, cælesti Reginæ, quam coçam aspexisset, monitu id se cepisse consilijs; cùm illa sic diceret: Crastino matutino Christianus sacerdos hac iter habebit. Tu quicquid ille autor erit, facito. Aduenit Pater, iuxta id quod Virgo prædixerat; & ille vnā cum domo suâ vniuersa se Patris consilio gubernandum, ac facris aquis lustrandum abedienter dedit.

A N N O M D L X X .

905 Dabo hīc verba historiæ Societatis anni huius de Amurate Roberto, postea Ioanne Thoma Lauretano. Hic Laureti in tugurio Eremitarum instar, habitans, orationi diuinisque myste-rijs operam dabat: ac reuiuiscente paulatim religiose vitæ cupidine, vehementer retardabatur offenditione pristinâ animi quâ Societatem abhorribat. deinde etiam metu, ne si se obligaret obedientia, Laureto migrare cogeretur. Has inter-eras fluctuant, die S. Thomæ Cantuariensis sa-

*Illam ora
re contra
hæreticos.*

*Saceb.
n. 248.*

*Patri spi-
rituali
obedire.*

cro,